


# CONCORDANTIAE BREVIORES

OMNIVM FERME MATERIARVM  
ex Sacris Bibliorum libris, non solum diui-  
ni verbi concionatoribus, verum etiam studiosis  
omnibus summoperè utiles ac necessariæ, Per  
V.P.Antonium Konygsteyn, Minoritam,

*Ab autore iam postremum recognitæ,  
& locupletatae.*

*Antonius  
Konygsteyn*



PARISIIS,

*Apud Ioannem de Roigny, in via Iacobæa, sub  
in signi quatuor elementorum.*

1552.

# Inclyto simul & ge

NEROSO COMITI, LVD-

VICO ASTOELEBERG ET

Vuernigerode, &c. Frater An-

tonius Konygsteyn

Minorita

S. P. D.



Oalent veræ cultores pietatis, illu-  
stris ac generose Comes, cū quid  
otii nacti fuerint, studiis animus,  
ne inertia torpeat, occupare diui-  
nis, solatio sanctos habedo libros.

In his quidē veluti terissimis cla-  
riſſimisque ſpeculis, quicquid veræ pietatis, ho-  
nestatis perfectionisve eſt, cōſpicere licet, quo  
ad omnem vterque homo morum componatur  
normam. Omnis ſcriptura (inquit Apoſtolus) 1. Mach. 19.  
diuinitus inspirata, vtilis eſt ad docendum, ad ar-  
guendum, ad corripiendum, ad erudiendum in  
iustitia, vt perfectus ſit homo dei, ad omne opus  
bonum inſtructus. Hæc ſola perfectè oſtendit,  
quibus amissa dei reparatur conſeruatürque ami-  
citia, quibus armis, diaboli, mundi, & carnis de-  
bellatur malitia, induens nos armaturam dei, vt  
poſſimus reſiſtere in die malo, habentes ſcutum  
fidei, & galeam ſpem ſalutis, ac gladium ſpiritus,  
quod eſt verbum dei. Hæc viam demonstrat ad  
vitam cuius viæ, piæ, pulchræ, & omnes ſemi-

2. Timo. 3.

Ephes. 6.

# Concordan-

TIAE BREVIORES CERTA  
rum materiarum, diuini verbi concionato-  
ribus tam obuiæ atque expositæ, vt ad pri-  
mos obtutus ex sacris Bibliacis libris certos  
locos ordine alphabetico digestos, of-  
fendere queant, quibuslibet the-  
matibus diducendis  
aptos.

## A



Abstinentia vitiorum omnibus ne-  
cessaria . Vnde Thobias filium suum  
docuit ab infantia timere Deum , & ab-  
stinere à peccatis. Thob.1.b . Cùm vero  
factus esset vir, accepit uxore Annam de  
tribu sua: genuitque ex ea filium nomé  
suum imponens ei, quem ab infantia timere Deum docuit  
& abstinere ab omni peccato. Ecclesiastici tertio.d. Sapiens  
cor & intelligibile abstinebit se à peccatis , & in operibus  
justitiae siuecessus habebit.i. Corinthior.9. d . Omnis enim  
qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, & illi qui-  
dem vt corruptibile coronâ accipiât , nos autem incorruptâ.  
i. Theffalo. 4.a. Hæc est enim voluntas dei sanctificatio  
vestra, vt abstineatis vos à fornicatione: vt sciat unusquis-  
que vestrū vas suum possidere in sanctificatione, & hono-  
re, non in passione desiderij, sicut & Gentes quæ ignorant  
deum.5.d. Ab omni specie mala abstineite vos.

¶ Abstinentia ciborum debet esse ordinata . Numeri. 6.a. II  
Vir siue mulier cùm fecerint votum vt sanctificantur, & se  
voluerint domino consecrare : à vino & omni quod ine-  
briare potest abstinebunt. Helias pane subcinericio &

## A

# Monotessaron

EVANGELIORVM, STY-

DIOSE ET RATIONABI-

liter ordinatum, necnon per singu-

la Euangelia in tria membra com-

pendiose ac utiliter distin-

ctum, per V.P. Anto-

nium à Konysteyn

Minoritam:

*Ab ipso authore iam postremum re-*  
*cognitum & locupletatum.*

P A R I S I S,

A N N O D O M I N I

1551.

# Monotessaron

## EVANGELIORVM, PER

SINGVLÀ EVANGELIA

In tria membra compen-  
diose distinctum:

In quo demonstratur CHRISTI

Diuinitas & humanitas.

Diuinitas patefit Ioannis I. per æternam genera-  
tionem, Supernam operationem, Internam il-  
lustrationem.

Aeterna generatio

In principio

Ioan. I.

Superna operatio

Omnia per ipsum

a

Interna illustratio

Et vita erat

Humanitas, quo ad Gratiostum ingressū per in-  
carnationem,

Fructuosum progressum per præ-  
dicationem,

Dolorosum egressum per passionem,  
Gloriosum regressum per victoriosam  
resurrectionem & ascensionem.

Gratiostus ingressus per incarnationem, fuit in  
Stupendo conceptu,  
Congruo ortu,  
Debito ritu,  
Honesto profectu.

Stupendus conceptus, est & Præcursoris, Serua-  
toris.